gaudet quia seruus dño; si peccatrix dimitte illam mortua est; Inter
rogate. O mater xpiana filius tuus seruat in monasterio xpo hoc e impe
ratori suo; signatus est cauterio regis sui. habet scutum ieiunium; habet
Galeam fidem, fidem habet loricam uestimentum ihm in baptismate
sic est armatus paratus ad pugnam; Debet in campum exire expugnare ad
uersus hostes; tu eis dices; Dimitte arma & ueni in cubilo propositum tibi
est. O monachae sicut adam & dicit tibi. ecce uita ecce mors elege quod
uis; habes duos patres spiritalem & carnalem utrumque amare non po
test si spitalis amatur carnalis contemnitur; Non potest uir duobus domi
nis seruire; Qui amat inquit patrem aut matrem sup me non est me dignus;
Si uis sequi carnalem patrem relinque spiritalem sine causa tergiuer
saris monache & dicis; quid igitur si amauero patrem meum aut ma
trem meam; Non idcirco seruio dño; Non ne scriptum est in lege & in e
uangelio honora patrem tuum & matrem tuam. & qui maledixerit
patri aut matri morte moriatur; Numquid propter ea serui recte
debemus ut non honoremus parentes; Respondeo tibi & ego in tan
tum honora parentes in quantum tibi non inpediant ad seruitute
dñi hoc est imperatori tuo. Cui est gloria in saecula seculorum amen.

EXPLICIT OMELIA IN MATHEO EUANGELISTA

# INCIPIT OMELIA DE PRINCIPIBUS MARCI XXI

Animal illud quod in iohanis apocalysin & ezechuhelis uidetur principio
TETPAMOPΦO quod habeat faciem hominis & faciem uituli & faciẽ
leonis & faciem aquile in praesenti quoque loco significat In matheo
faciem hominis p̃dictus est. In luca uituli demonstratus est. In iohanne aqui
le; In marco leonem in heremo pronat, Initium euangelii ihu xpi filii di sicut
scriptum est in esaia propheta uox clamantis in deserto parate uiam dñi
rectas facite semitas eius; qui in heremo pronat utique leo est & ad
cuius uoce omnia animalia pertimescunt & concurrunt & fugire
non audent; Simul que considerate quod iohannis baptista uox

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0191